



Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. Stanislai Kostkæ Poloni E Societate Iesv

Sacchini, Francesco

Coloniae, Anno M.DC.XVII.

Serenissimo Principi D. D. Vladislao Sigismvndi III. Regis Poloniæ, ac
Sueciæ F. Franciscvs Sacchinvs è Societate Iesv felicitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45052

I

SERENISSI-
M O P R I N C I P I
D. D. VLADISLAO
SIGISMUNDI III.
Regis Poloniae, ac
Sueciae F.

F R A N C I S C V S
S A C C H I N V S
è Societate Iesu
felicitatem.

IN TERRA insignia decora Vladis-
lae præstantissime, quæ Paren-
tis tui Serenissimi præclarissi-
mum regnum æternitati gloriae
destinant, haud immerito nu-
meretur B. Stanislaus Kostka publicis
honoribus coli cœptus. Redit enim ad
vos vestri popularis gloria: vobisque
debet Christianus orbis nouum hoc si-
dus, quod non vestro in dominatu so-

A 3

Iun

2 EPISTOLA

lum, verum etiam conatu vestro, cum
prope lateret, extulit sese: ac late cœ-
pit terras salutari luce perfundere.
Vos eius cultum priuata religione fir-
matis, propagatis autoritate publica,
regijs opibus illustratis. Felices, qui-
bus datum est usque eo etiam demere-
ri Cælestes. Credite: Non vincitur ille
officij in regia charitatis beatus, ac
potens. Ergo vita beati adolescentis, si
minus ornatus, quem candidissimæ eius
innocentie splendor requireret, certe
maxima, quam historia postulareret; si
de conscripta, vobis, quorum est ipse,
fuit reddenda: ut interim merita in
nos vestra immortalia, & singularem
taceam pietatem, qua nostrum ordi-
nem sibi uniuersum reposit. Tibi ve-
ro Princeps Serenissime, propriè de-
bebatur, ut coniunctas aspiceret Sar-
matia vestra suas spes, sua sidera, suas
hilaritates. Nihil enim habet hoc tem-
pore neque in sanctitate matura hi-
larius: neque in pubescente virtute le-
tius quam B. Stanislaum, ac Te; pre-
sidium illud in coelo, hoc suos ante ocu-
tos subsidium. Idem paene flos cui est,

gemini-

DEDICATORIA. 3

gemina morum similitudo: idem modo quodam natalis. Nam per idem tempus cœpit Stanislai nomen inclarescere, cum Tu in lucem es editus: ut prope diuinitus videatur illi Tui demandata tutela, Tibi eius ornandi cura referuata. Patere igitur hoc etiam qualemque commercium notitia publicæ. Patere tuum clarissimum nomen Beati popularis tui inferi laudibus;

& seruire: & quem gaudes
habere Patronum, et-
iam fer clien-
tem.



A 3

VITA



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN